Doctiss. vir ac frater charissime, Lutherus scripsit me nondum
forte ita convaluit ut labores ferre queat. quare totum negocium
à te pendet, obsecro igitur tuam humanitatem nomine omnium
fratrum qui non sine dispendio et reformationis & vali-
tudinis : hoc vigesimo Smalcaldiae detinemur, ne pauci-
ores negocium differri diutius. Restat ut fiat Ecclesiarum
summa consensio. quod articulis Lutheri & confessioni
nostrae subscribant ut sciamus quid sentiant de Eucha-
ristia & quibusdam aliis punctis controversis. Saxonici
sunt sycophantae. si illi ne vel syllaba una a te
et nobis usque dissentiant, Urge urge charissime Phi-
lippe, urge negotium ut subscriptio fiat, sciant Ma-
gistratus nostri, quod nos omnes et singuli de religione
sentiamus Et mox abibimus. non enim video
cur ~~diutius~~ diutius stipendia & sententias fra-
trum exorbere et magnis sumptibus et soli-
tudinibus nobis communiter detineamus. Haec scribo
a fratribus monitus & commotus. Tu fratres
curas, vir humanissime procul dubio non con-
temnes. Vale ex hospitio meo in Christo frater
charissime.

Urbanus
Rhegius

C 107 f. 18.

(Urbanus Rhegius)